Universitätsbibliothek Paderborn

Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis Imperatrix S. Otho Episcopvs

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

Jn Caput XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

Visual Library

tus Friſingenſ. Epiſc. interfui & ſubſcr. Adelbero Brixienſis Epiſc. interſ. & ſubſcr. Heribertus Archiepiſcopus Colonienſis interfui ad votum Synodi & ſubſcr. Schvvidgerus Munedargefortenſ. Epiſc. interfui & ſubſcr. Anſfridus Traiectenſ. Epiſc. interfui & ſubſcr. Theodoricus Mindenſis Epiſcopus interſ. & ſubſcr. Dietmarus Epiſcopus Oſneburgenſ. interſ. & ſubſcripſi. Dagino Archiepiſcopus Magdeburgenſis interſ. & ſubſcr. Hildibardus Cizenſis Epiſc. interſ. & ſubſcr. Burchardus Archiepiſc. Laudunenſis interſ. & ſubſcr. Baldolphus Archiepiſc. Tarentaſienſis interſ. & ſubſcr. Hugo Genuenſis ſubſcr. Anaſtaſius Vngrorum Archiepiſc. interfui & ſubſc. Adelbero Baſileenſ. interfui & ſubſcr. Hugo Genuenſ. ſubſcr. Heinricus Lauſonenſis ſubſcr. Ekchehardus Sleſvvigenſis ſubſcr. Albericus Cumanus Epiſcopus interfui & ſubſcr. Richolphus Tergeſtinenſis Eccleſ. Epiſc. interfui & ſubſcr.

In Caput XIII.

C*Vm Pago Raezengevv*) Cod. Vienn. *Cum Pago qui Ratenzgau dicitur.*

In ſuum ius) conſentit Cod. Vienn. Apograph. Bamberg. *ad ſuum ius.*

VVichibach) Cod. Vienn. *VVichenbach.* Apograph. Bamberg. *VVichebach.*

Ad Vraba) In Codice Vienn. ſubiiciuntur iſta. *Et vt hæc condicio firma atq; inconuulſa permaneat, ipſe Præſul Henricus roborauit & ſubſcripſit. Actum, &c.*

Non commutata) Cod. Vienn. *non commutuata*, paulò pòſt. *Cum termino commutuato.*

In Caput XV.

EXſtat hæc S. Henrici conſtitutio etiam in Codice Viennenſi; at nonnullis omiſsis; Illa inſuper; *Contulimus præterea, &c.* Longè aliter in dicto exemplari leguntur, quàm in noſtro; Id vt videas, en tibi Codicis Vienn. verba. *Proinde nouerit omnium noſtri fidelium tam præſens ætas, quàm & ſucceſsiua poſteritas; quia nos noſtræ quendam proprietatis locum Chuigeshoff dictum ad eandem ſupradictam Epiſcopalem*

ſedem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſedem,vnà cum omnibus eius pertinentiis,ſiue adhærentiis, videlicet vicis,
villis,Eccleſiis,ſeruis & ancillis,areis,ædificiis,terris cultis & incultis,viis &
inuiis,exitibus & reditibus,quæſitis vel inquirendis,ſaginis, venationibus,
aquis & piſcationibus,rebus mobilibus & immobilibus, ac cæteris omnibus,
quæ ritè ſcribi aut appellari poſſunt,quolibet modo vtilitatibus, hac noſtræ
auctoritatis præceptali pagina, prout firmius poſſumus, donamus atq; pro-
prietamus, omnium contradictione remotâ, præcipientes, vt nobis in Deo
dilectus ſæpe dictæ ſedis Epiſcopus Eberhardus, ſuiq; ſucceſſores,liberam de-
hinc habeant poteſtatem,eundem præſcriptum locum cum omnibus appen-
diciis ſuis tenendi, poßidendi, ſeu quidquid ſibi libeat, modis omnibus,in v-
ſum Epiſcopatus inde faciendi. Quod ergo in noſtro exemplari
vniuerſim de omnibus prædiis & locis Epiſcopatui donatis
S.Henricus ſancit; id Codex Viennẽſis refert duntaxat ad do-
nationem loci illius,qui Künigeshoff appellatur.

Sagenis) Apogr. Bamberg. *Segenis*. Cod.Vienn. diſertè: *Sa-
ginis*, quo denotari videtur ius Porcos in ſyluas agendi, *ſaginæ*
cauſſa; vt fieri ſolet, vbi glandiferarum arborum copia.

In Caput XVII.

CVius quoniam indumenti) Cod. Vienn. *Cuius quomodo indumenti honor modeſta actuum viuacitate ſeruandus eſt.*

Data III.Nonas Ianuarij) In Cod.Vienn. additur, *Per manum F. Diaconi, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarij & Cancellarij,vice Domini* H. *Archicancellarij & Colonienſis Archiepiſcopi, Anno Leonis Papæ Noni IV. Indictione VI.* Porrò litera F. ſignificatur *Fridericus*. Litera H. *Heribertus*. Poſt iſtas literas Leonis IX. ſubiicitur in Codice Viennenſi ſequens diploma, quod hîc annectere viſum, quandoquidem ad res Bambergenſes pertinet.

Notum ſit omnibus Chriſti fidelibus,tam poſteris quàm modernis,qualiter Fridericus rogatu Domini ſui Guntheri V. ſanctæ Babenbergenſis Eccleſiæ Epiſcopi; allodium quoddam,Haga, quod idem prænominatus Epiſcopus antea per manum aduocati ſui in eiuſdem Friderici legauerat cum omnibus ad ea loca pertinentibus, hoc eſt, quidquid ſupradictus Epiſcopus

prædij